

BOLETIN  **OFICIAL**

DEL

OBISPADO DE OSMÁ.

Sumario de este número.—Edicto de ordenes generales.—Resolución de la S. C. del Concilio sobre proclamas de ordenandos.—Decreto de la misma S. C. imponiendo suspensión á los Clérigos que tomen parte en las guerras civiles; y su traducción en castellano.—Adición al Breviario romano.—Instrucción de la S. C. de Ritos sobre el modo de purificar el cáliz cuando se celebran dos Misas.—Decreto de la misma S. C. sobre *Misas votivas*.—Vacante de Niño de coro.

EDICTO DE ÓRDENES GENERALES.

DON MANUEL MARÍA VIDAL BOULLÓN,
Presbítero, Dr. en Sagrada Teología, Canónigo Archivero de esta Santa Iglesia Catedral, Secretario de Cámara y Gobierno del Obispado, etc.

HAGO SABER: Que Su Sria. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, ha determinado, contando con el favor divino, celebrar Ordenes generales mayores y menores los días 21 y 22 de Diciembre próximo, *Tempora de Santo Tomás Apostol.* En su consecuencia se ha servido disponer que los sugetos que aspiren á recibirlas, hayan de hacerlo con arreglo á las prescripciones siguientes:

Primera A la *Prima Clerical Tonsura* serán admitidos los Seminaristas internos y externos, que hayan cursado el último año de Filosofía. A *Ordenes*

Menores los que hayan probado primero de Sagrada Teología. Al *Subdiaconado* y *Diaconado* solamente los internos que tengan aprobado el segundo de la misma Facultad en la carrera breve y tercero en la lata. Y al *Presbiterado* los que estén aprobados ya en el segundo y cuarto respectivamente.

Segunda. Los interesados presentarán en esta Secretaría de Cámara y Gobierno antes del día 20 del próximo Noviembre sus solicitudes en papel del sello correspondiente dirigidas al Ilmo. y Rvmo. Prelado, escritas y firmadas de su puño y letra, expresando en ellas su edad, naturaleza, orden que pretenden recibir, año que cursan en el Seminario y si son pobres; manifestando además el punto donde residen sus padres ó encargados y expresando con **toda** claridad y distinción los puntos en que el aspirante haya residido fuera de esta Diócesis de Osma *por más de tres meses*; y los que hubieren sido militares expresarán también el cuerpo á que pertenecieron y el tiempo y puntos en que hicieron el servicio, debiendo en estos dos casos acompañar las correspondientes Letras testimoniales.—No será admitida instancia alguna pasado dicho plazo, así como tampoco las que no vinieren acompañadas de todos los documentos en papel del sello correspondiente: Estos son:

A. Para *Prima Tonsura*: Partidas de Bautismo y de Confirmación; Certificación de conducta y vocación eclesiástica expedida por el Párroco del aspirante, y certificación de estudios.

B. Para *Ordenes Menores*: Título de Tonsura, nota autorizada de la Secretaría de Estudios acreditando el año que cursa el aspirante, y certificación de conducta expedida por el Párroco ó el Rector del Seminario, con expresión de la frecuencia de Santos Sacramentos y asistencia á las funciones religiosas.

C. Para el *Subdiaconado*: Partida de Bautismo,

título de órdenes menores, certificación de Estudios, y de hallarse interno en el Seminario, certificación de conducta como para las órdenes menores, y además los documentos necesarios para acreditar la completa exención del servicio militar, la posesión del Beneficio eclesiástico, Capellanía ó Patrimonio Canónico, ó en su defecto, la oportuna dispensa apostólica del título de ordenación.

D. Para el *Diaconado*: Título de Subdiácono y certificaciones de haber ejercido el orden y observado buena conducta con expresión de haber frecuentado los Santos Sacramentos á lo menos semanalmente.

E. Para el *Presbiterado*: Partida de Bautismo, título de Diácono y certificación de haber ejercido el orden, y observado buena conducta, como para el Diaconado, y además certificación de Estudios.

F. Los que fueren verdaderamente pobres lo acreditarán con certificación de su Párroco.

Tercera. Los aspirantes al Subdiaconado y Presbiterado habrán de sufrir respectivamente un exámen teórico-práctico de liturgia sobre el rezo del oficio divino y celebración de la Santa Misa en el día 4 de Diciembre, y además los Subdiaconandos sufrirán otro exámen de canto llano en el mismo día; y el 5, 6 y 7 serán los generales sobre materias de Teología Dogmática y Moral.

El 11 del expresado mes á las 11 de la mañana comparecerán todos los ordenandos ante Su Señoría Ilma. y Rvma. y pasarán enseguida á ésta Secretaría de Cámara á recoger sus publicatas. El día 12 por la tarde entrarán á practicar los Santos Ejercicios en el lugar que se les designe.

Burgo de Osma 25 de Octubre de 1900.

DR. MANUEL MARÍA VIDAL,
Canónigo Secretario.

RESOLUCION

de la S. C. del Concilio sobre proclamas para ordenandos.

En Diciembre del año 1897 con motivo de la relación de vários postuladós propuestos á S. S. hizo el Excmo. Sr. Obispo de Guadix el que á continuación ponemos:

Utrum informationes et monitiones quae fiunt de vita et moribus eorum qui ad suscipiendos majores ordines sunt parati, fieri debeant tantummodo in iis locis ubi post acceptas ultimas informationes ad ordinem quem jam susceperint commorati sint, an vero pro unaquaque ordinatione etiam in aliis omnibus locis, in quibus aliquando ordinandi in toto vitae decursu domicilium habuerint.

La contestación fué como sigue:

Rvme. Domñe. uti Fr.

Relato in S. Congr. Concilii postulato tuo quoad ordinandos qui in aliena Dioecesi prius morati sunt, Emi. Patres rescribendum consuerunt. «Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.» Idque notificari mandarunt prout per praesentes exequor Amplitudini Tuae cui me profiteor.

Romae 13 Maii 1899.—Uti Frat. A. Card. DI-PIETRO *Proef.*—† B. ARCHIPUS. NAZIANZEN. *Srius.* Guadixem. Rvmo. Episcopo.

SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO.

Decretum quo suspensio statuitur, illico incurrenda a quolibet de clero, qui intestinis bellis et politicis contentionibus opem utcumque ferat.

In perturbationibus et intestinis bellis, quibus aliquoties civiles status exagitantur, ultimis hisce

annis interdum accidit, ut ecclesiastici viri, partium studio abrepti, uni vel alteri politicae factioni ultro se manciparent, et pro ea contra canonicas leges plura agere et moliri non vererentur, fidentes absolutionem in posterum se facile consecuturos.

Tam gravi malo occurrere cupiens SSmus. Dominus Noster Leo PP. XIII, inhaerendo dispositionibus SS. Concilii Tridentini *sess. XIV in proem. et cap. IV*, necnon *sess. XXII cap. I De reform.*, et prae oculis habita doctrina Benedicti XIV in *Inst., t. 101*, per praesentes S. C. Concilii litteras statuit atque decernit, ut in posterum quisquis ex clero, ut intestinis bellis et politicis contentionibus opem utcumque ferat, proprium residentiae locum absque justa causa quae a legitima ecclesiastica auctoritate recognita sit, deseruerit, vel clericales vestes exuerit, quamvis arma non sumpserit, et humanum sanguinem minime fuderit; et eo magis qui in civili bello sponte sua nomen militiae dederit, aut bellicas actiones quomodocumque dirigere praesumpserit, etsi ecclesiasticum habitu... retinere pergat; ab ordinum et graduum exercitio, et a quolibet ecclesiastico officio et beneficio suspensus illico et ipso facto maneat; et inhabilis praeterea fiat ad quaelibet officia aut beneficia ecclesiastica in posterum assequenda, donec ab Apostolica Sede restitutus non fuerit, sublata ad hunc effectum respectivis Dioecesium Ordinariis quaelibet dispensandi potestate, etiamsi amplissimis, sive solitis (ut vocant), sive extraordinariis facultatibus rehabilitandi clericos gaudeant: contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae ex S. C. Concilii, die 12 Julii 1900.—A. Car. DI PIETRO, *Praefectus*.—† B. ARCHIEPISCOPUS NAZIANZENSIS, *pro-Secret.*

DE LA S. CONGREGACIÓN DEL CONCILIO

Decreto por el que se impone suspensión, illico incurrenda á cualquiera del clero que de cualquier modo, tome parte en las guerras civiles y luchas políticas.

Ocurre con frecuencia en estos últimos tiempos, que los varones eclesiásticos toman parte en las perturbaciones y guerras intestinas, que se agitan en los estados civiles, y no sienten repugnancia alguna en pronunciarse en *pro* ó en *contra*, no obstante las terminantes leyes canónicas, que lo prohíben, confiando indudablemente en que fácilmente podrán obtener la absolución.

Deseando acudir á remediar tan grave mal, S. Santidad el Papa León XIII, siguiendo lo dispuesto en el Santo Concilio de Trento (sess. XIV in proem. et cap. IV; y en la sess. XXII cap. I de reform.) y la doctrina sentada por Benedicto XIV (Instit. 101) por las presentes establece y decreta que en lo sucesivo cualquiera del clero que tome parte de cualquier modo en las guerras y luchas políticas ya abandonando sin justa causa, reconocida y aprobada por la competente autoridad eclesiástica, el lugar de su residencia, ya despojándose del hábito clerical, aunque no tome las armas ni lleve á cabo derramamiento alguno de sangre; mucho más los que en una guerra civil espontáneamente se inscriben en el ejército ó pretenden de cualquier manera dirigir la campaña, aun cuando conserven el hábito clerical, incurren *illico et ipso facto* en suspensión del ejercicio del orden en que estuvieren constituidos y cualquier eclesiástico oficio ó beneficio, é inhabilitación además para obtener oficio ó beneficio eclesiástico, hasta que no sea absuelto y habilitado por la Santa Sede, quitando para este efecto á los respectivos Ordinarios toda potestad de dispensar y habilitar, aun cuando las tengan amplísimas y extraordinarias para rehabilitar clérigos, sin que obste disposición alguna en contrario.

Dado en Roma, en la S. C. del Concilio, el 12 de Julio de 1900.—A. CARD. DI PIETRO, PREFECTO. B. ARCHIEP. NAZIANC. PRO-SECR.

Adición al Breviario Romano.

La Sagrada Congregacion de Ritos ha publicado la siguiente adición al Breviario Romano en la sexta lección del Oficio de la Dedicación de la Basílica del Santísimo Salvador, cuya fiesta se celebra el 9 de Noviembre.

«Quod autem Pius nonus perficiendum censuerat, Leo decimus tertius cellam maximam, vetustate fatiscentem, ingenti molitione producendam laxandamque curavit, vetus musivum, multis jam antea partibus instauratum ad antiquum exemplar restitui et in novam absidem, opere cultuque magnifico, exornatam transferri, aulam transversam laqueari et contignatione resectis expoliri, jussit, anno millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Sacratio, aede canonicorum perpetuaque ad Baptistarium Constantianum porticu adjectis.»

Concordat cum originali approbato.

In fidem, etc.

Ex Secretaria Sacror. Rituum Congregationis die 17 Novembris 1899 —DIOMEDES PANICI, *S. R. C. Secretarius.*

INSTRUCCIÓN DE LA S. C. DE RITOS

sobre el modo de purificar el cáliz cuando se celebren dos misas en un mismo día en distintas iglesias.

Cuando el sacerdote celebra las dos misas en distintas Iglesias, ocurre la duda sobre si puede usar dos cálices, esto es, uno en cada misa. Habiéndolo consultado el Obispo de Ibiza á la Sagrada Congregación de Ritos, contestó en 16 de Septiembre de 1816, reprobando el uso de dos cálices en el caso de que se trata, y ordenando usase tan sólo un cáliz del modo que lo practicaban los misioneros en los países de infieles. Esta práctica consiste en dejar el sacerdote sin purificar el cáliz en que celebra la primera misa, como se hace el día de Navidad; luego pone

sobre él la patena y cubrecaliz, asegurándolo con un cordón ó cinta según se practica el Jueves Santo con el cáliz que se pone en el monumento; y así lo lleva con la posible reverencia á la otra iglesia donde ha de celebrar la segunda misa.

Pero el año 1854, hallándose en Roma los Prelados de Santiago de Galicia y de Salamanca, con motivo de la solemnidad de la declaración dogmática de la Inmaculada Concepción, expusieron á Su Santidad junto con otros Obispos, ser costumbre inmemorial en sus diócesis que, cuando el sacerdote celebra dos misas en un mismo día en distintas iglesias, se sirve de dos cálices; por lo cual suplicaban se les permitiese continuar en esta costumbre, para evitar los inconvenientes que hay de llevar el cáliz de una iglesia á otra, y sobre todo el peligro de una irreverencia al residuo de la Santísima Sangre del Señor, que pueda quedar en el cáliz, y aun el temor de que éste sea robado por el camino.

Sometido el punto á la Sagrada Congregación de Ritos, acordó ésta en 12 de Septiembre de 1857, que se puede permitir el uso de dos cálices. Además la misma Congregación dió en 11 de Marzo de 1858 una Instrucción acerca del modo de purificar el cáliz en que se ha celebrado la primera misa. Dice así traducida al castellano esta Instrucción que se halla en el tomo 6.º, página 569, de la Revista *Acta Sanctae Sedis*.

Al sumir el sacerdote la Divina Sangre, procurará poner mucha diligencia en sorberla para que no quede residuo alguno. Después pondrá el cáliz sobre el corporal y lo cubrirá con la palia, diciendo entretanto *Quod ore sumpsimus etc.*; luego se purificará los dedos en un vaso preparado al efecto, diciendo, *Corpus tuum Domine, etc.*; según se hace en la primera y segunda misa de Navidad.

Purificados los dedos, quitará la palia de encima

del cáliz, y lo cubrirá, primero con el purificador y después con la patena y cubrecaliz en la forma acostumbrada, y concluirá la misa sin hacer genuflexión en medio del altar, al pasar por delante del cáliz. Dicho el último evangelio, irá al medio del altar, y descubriendo allí el cáliz, mirará si se ha reunido en el fondo del mismo alguna gota de Sangre Divina, como sucede la mayor parte de las veces, y la sumirá, procurando tomar el cáliz por la misma parte por donde sumió la primera vez. Esto nunca debe omitirse porque continuando moralmente el sacrificio, debe completarse, sumiendo lo que haya quedado de las especies del vino.

Después echará el sacerdote en el cáliz lo menos tanta cantidad de agua como la que puso de vino, y haciéndola voltear un poco por la circunferencia interior, la hechará en un vaso preparado al efecto, por la misma parte por donde sumió el *Sanguis*; luego enjugará el cáliz con el purificador, y cubriéndolo como se acostumbra, se retirará del altar.

Habiéndose quitado en la sacristia los ornamentos sagrados y dado gracias, si el sacerdote ha de celebrar misa el día siguiente en aquella misma iglesia, podrá guardar aquella agua de un modo conveniente, y sumirla en la segunda ablución de la misa que haya de celebrar; pero si no ha de celebrar allí, empapará el agua con un poco de algodón ó estopa y la quemará: ó bien la depositará en el Sagrario hasta que se seque, ó la echará en la piscina.

Purificado el cáliz que usó el sacerdote en la primera misa, se lo podrá llevar si lo necesita para celebrar la segunda, y si no, puede dejarlo y usar otro cáliz.

Dicha Instrucción explica después lo que debe observarse cuando las dos misas se celebren en la misma iglesia, que viene á ser lo mismo que se practica el día de Navidad, en que se purifican los dedos

en la primera y segunda misa en un vaso preparado al efecto; únicamente hay de particular, que si la iglesia tiene sacristía, dice, deberá guardarse allí el cáliz sin purificar en algún armario decente y cerrado, poniéndose debajo del mismo unos corporales; y si no hay sacristía podrá dejarse sobre el altar; pero en este caso deberá cerrarse la iglesia hasta que se celebre la segunda misa.

S. CONGREGACION DE RITOS

Decretum generale de Missis Votivis (1)—30 Jun. 1896.—Missae Votivae, vel cum Officio diei et ipso Votivo concordant, vel haud conformiter ad ipsum celebrantur.

Posteriores vero istae, vel solemniter aguntur pro gravi et publica Ecclesiae causa; vel privatim, aut saltem ex causa privata celebrantur.

1

De Missis votivis, quae cum Officio concordant

Huiusmodi Missae Votivae naturam et ritum Officii, cui adnectuntur, sequuntur, his tamen adnotatis.

Missa de SS. Sacramento in V Feriis sit illa Votiva quae notatur in fine Missalis, (haud vero ut ipsa solemnitate Corporis Christi) ac proinde dicatur sine Sequentia.

Orationes dicantur, non ut infra octavam solemnitatis, sed tempori congruentes.

Quae omnia servanda sunt in ceteris huiusmodi Missis Votivis
Symbolum in quibuslibet Missis Votivis huiusmodi, quae scilicet conformiter ad Officiam celebrantur, semper observantur, etiamsi sub ritu Duplici maiori aliquando sint concessae.

(1) Llamamos la atención de nuestros lectores sobre este largo decreto, que puede considerarse como una legislación completa acerca de las Misas Votivas.

De Missa Votiva solemnī pro re gravi, e publica Ecclesiae causa

1. Missa Votiva solemnī pro re gravi et publica Ecclesiae causa illa est, quae Officio per se non respondens, ab Episcopo vel de eius consensu, pro qualibet vice obtinendo, solemniter celebratur cum interveniū Magistratus, aut saltem Cleri et populi; et pro quadam spirituali vel temporali necessitate, quae communitatem ipsam afficiat, v. g. ad petendam pluviam, pro serenitate, pro quacumque necessitate, pro Principe infirmo, ac similibus.

2. Missa Votiva solemnī pro re gravi celebrari potest qualibet die exceptis Dominicis I classis, ac Festis duplicibus pariter I classis, Feria IV Cinerum, Feriis Hebdomadae Maioris et Vigiliis Pentecostes et Nativitatis Domini: in quibus sola commemoratio fieri poterit in Missa solemnī de die, per Orationem Missae votivae post orationem Festi sub unica conclusione, etsi alia commemoratio deinde vi Rubricarum fieri debeat.

Verum in Ecclesiis, quae ad Missam Conventualem tenentur; Votiva solemnī pro re gravi non celebretur, nisi prius celebrata fuerit Missa Conventualis de Officio occurrente.

3. Missa Votiva huiusmodi ex his desumenda est quae uti Votivae in Missali designantur. Quod si, occurrente aliqua gravi et urgente necessitate, Missa specialis in Missali deficiat, dicatur Missa *pro quacumque necessitate*; et huius Orationi sub unica conclusione superaddatur Collecta, si quae sit, necessitati relativae propria.

Ceterum in Missis Votivis solemnibus pro re gravi unica dicenda est Oratio; etsi una tantum cantetur Missa, ut accidit in Ecclesiis, ubi onus Missae Conventualis non existit.

In huiusmodi Missis semper dici debent *Gloria in excelsis* et *Credo*, nisi Missa celebretur in paramentis violaceis, juxta Rubricas Miss. Tit. XVIII, Num. 5, quia tunc non dicitur *Gloria*. Cum vero *Gloria* et *Credo* dicuntur, nunquam ad Orationes genuflectitur.

Praefatio dicatur iuxta Rubr. Miss. Tit. XII, num. 4. ita quidem ut infra quamquam octavam etiam privilegiatam Praefatio dicatur Missae Votivae propria, si habeatur, cum *Communicantes* de octava. Die vero Dominica, Praefatio, si Missa Votiva propriam non habeat, dicatur de Dominica, non de Festo. Item Praefatio dicenda est in cantu solemnī et Organa pulsari possunt.

Color vero paramentorum erit iuxta qualitatem Missae, quae celebratur.

3

De Missis Votivis privatis vel ex privata causa in genere.

1. Dici possunt ut Votivae, Missae omnes quae in fine Missalis sub hac designatione ponuntur, necnon illae quae in corpore Missalis, ut votivo more per annum dici possint, adnotantur, quales inter alias Missa *Misererebitur* de SS. Corde Iesu et Missa *Gaudens gaudebo* de Immaculata Conceptione.

Missae Votivae dici tantum possunt de quibusunque Sanctis canonizatis, in Martyrologio Romano descriptis; pro quibus adhibenda est sive Missa propria, si habeatur, sive illo de Communi ad quam Oratio forte pertineat, sive altera pariter de Communi desumptis quidem de Communi quae in Missa propria forsitam desunt, vel tempori non conveniunt, omissisque verbis *annua, hodie*, ac similibus, *et mutatis natalitia, solemnitas, festivitas in commemoratio, memoria.*

2. Missae Votivae, sive privatae (etiamsi dicantur pro aliqua causa gravi), sive solemnes (nisi pro re gravi), sicut et Missae privatae pro Defunctis, omnino prohibentur in Vigiliis et per octavas Nativitatis et Epiphaniae Domini, Feria IV Cinerum, a Dominica Palmarum usque post octavam Paschae, in Vigilia Pentecostes et per octavas Pentecostes et Corporis Christi, necnon in Dominicis per annum et in Festis Duplicibus, etiam non de praeccepto, quaquumque consuetudine non obstante.

3. Missae Votivae huiusmodi fiant sine *Gloria* et sine *Credo*, etiamsi de Patrono vel Titulari, vel per speciale indultum, in die Dominica et in Festis Duplicibus, vel etiam infra octavas celebrentur, nisi sint de die infra ipsam octavam; quo in casu celebrandae essent ut in Festo, id est cum *Gloria* et *Credo*.

Orationes dicantur diei et tempori congruentes, etiam in Missa Votiva de SS. Sacramento. Quod si infra octavam Missa Votiva dicatur, secunda Oratio erit de octava, tertia autem de tempore.

Quoad Praefationem, servetur Rubrica Generalis Tit. VII. Num. 4.

In Missis Votivis nunquam legitur in fine aliud Evangelium, nisi S. Ioannis, *In principio* iuxta Rubr, Tit. XIII.

In specie: De Missis Votivis solemnibus ex causa non publica celebratis

1. Missae Votivae, quantumvis solemnes, quae pro re non gravi et ex causa non publica celebrantur, etiamsi in forma novendialis vel octidui ante vel post aliquam Solemnitatem agantur, nullimode celebrentur in Dominicis et Festis Duplicibus nisi ex indulto speciali.

Nec Votiva de Spiritu Sancto, vel alia, supradictis diebus licet celebrari, quacumque consuetudine non obstante, ob vestitionem vel professionem Monialium; sed neque ab ipso Episcopo in eligendam Abbatissam Monasterii suae iurisdictionis.

Immo ante Processionem SS. Sacramenti, sive intra sive extra octavam Corporis Christi, vel qualibet tertia Dominica mensis, Missa coram SS. Sacramento cantari solita celebranda est de Dominica seu de Festo Duplici occurrente, cum commemoratione Sacramenti.

Missa Votivae solemnes semper cantentur post Nonam ad formam Rubricarum.

2. In Ecclesiis quae ad Missam Conventualem tenentur, si Missa Votiva solemniter ex causa non gravi vel ex fundatione celebretur, nunquam omittatur Missa Conventualis de die: tunc vero in Missa Votiva fieri non debet Commemoratio Festi, de quo Missa Conventualis celebrata fuit.

In ceteris vero Ecclesiis, si de Festo currenti prius alia Missa celebrata non fuerit, in Missa Votiva addantur tam Oratio diei quam aliae occurrentes.

Ceterum in Missis votivis huiusmodi, utcumque solemnibus, nisi pro re gravi et publica Ecclesiae causa, vel vi specialis indulti celebrentur, *Gloria in excelsis* et *Credo* semper omittantur. Quod servetur etiam in novendialibus, quibus Sanctorum Festa nonnumquam praeventur, vel in octiduo quod sequitur.

In Missa Votiva de Passione, quae Feriis VI per annum alicubi celebrari solet, colore utendum est violaceo, iuxta Rubricas, nec pulsanda sunt Organa.

3. Missae Votivae ex fundatione vel legato (de quibus iam supra aliquid inuimus) easdem normas ac ceterae Votivae, sequuntur: ita ut legi vel cantari nequeant in Festis Duplicibus aut in diebus, in quibus nec de Duplici fieri possit.

Ideo Sacra Congregatio, auctoritate summi Pontificis, die 5 Augusti 1662 mandavit ne in futurum recipiatur obligatio ad Missas Votivas celebrandas, nisi pro diebus, in quibus secundum Regulas Missalis celebrari possunt.

Missae vero Votivae, iam acceptatae et nondum celebratae, dicantur aliis diebus non impeditis; atque in horum defectu, pro Votivis sufficiat applicare vae orem Missae currentis quae quidem, si opus sit, fiat cum cantu, aut etiam sine cantu ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda et approbanda.

5

De Missis Votivis Beatae Virginis

1. Missa Votiva de Beata Virgine, sive sit privata sive sollemnis, etiam pro re gravi, debet esse una ex Votivis B. M. V. in fine Missalis positis pro diversitate temporum, aliave approbata ut Votiva dicatur, ut Missa *Gaudens gaudebo* de Immaculata Conceptione et Missa Septem Dolorum. Missae vero propriae de Festivitatibus Beatae Mariae non celebrentur, nisi diebus in quibus dictae solemnitates occurrunt et per earum octavas: quod servetur etiam si huiusmodi Missae ex praescripto et institutione fundatorum petantur; quibus fiet satis celebrando aliquam ex Votivis B. M. V. iuxta temporis occurrence.

Contra vero, in Festivitatibus et infra octavas eiusdem Beatae Virginis celebretur Missa Festivitatis aut de die infra octavam, tamquam non Votiva, sed Festiva.

Pariter die quo Officium Votivum de Beata Virgine ex indulto recitatur, Missa Votiva sumatur quae respondeat Officio.

Immo in Vigilia Assumptionis (similiter et Immaculatae Conceptionis) B. M. V. etiam in implementum oneris, celebretur Missa de Vigilia; quippe qua et universalis Ecclesiae ritui et particulari oneris implemento consulatur.

2. In Missis Votivis de B. M. V. quae celebrantur in Sabbatis per annum et in Sabbatis Adventus, dicatur Hymnus *Gloria in excelsis*, etiamsi Officium non fiat de ea: nunquam vero dicatur extra Sabbatum, nisi infra octavas eiusdem beatae Virginis; etiamsi talis Missa celebretur ex legato, neque obstante consuetudine etiam immemorabili. Sacerdos vero, qui ex indulto quotidie celebrat Missam Votivam de B. M. V., *Gloria in excelsis* dicat in Sabbato, uti supra, haud verò infra octavas eiusdem Beatae Virginis.

Tres saltem Orationes, iuxta Rubricas, dicantur; etiam in Missis Votivis hujusmodi, quae ex indulto quolibet anni Sabbato cantari solent.

Credo in Missis Votivis B. M. V. semper omittatur, nisi sit de die infra ejusdem Octavas; nequidem iis exceptis, quae sive in Cleri conventibus, sive ex legato, sive quolibet Sabbato ex indulto celebrantur.

In Missis Votivis de B. M. V. color albus semper adhibeatur, non autem caeruleus, nisi ex privilegio.

3. Missae Votivae B. M. V., etiam novendiales, debeant esse ex Votivis ut supra, nunquam vero propriae de Festivitatibus eius, nisi in ipsis Festivitatibus et per octavas earum. Missae hujusmodi, utcumque solennes celebrentur sine *Gloria* et sine *Credo* et cum tribus Orationibus: nisi speciale habeatur indultum.

Quae de Missis novendialibus dicta sunt, eadem fere dicantur de Missa *Rorate* in honorem Beatae Virginis quotidie per Adventum in aliquibus Ecclesiis cantari solita: quae quidem neque in dominicis aut Festis duplicibus, neque cum unica Oratione et cum *Gloria* et *Credo* celebranda est, nisi peculiare interveniet indultum. Quo quidem obtento, non omittatur Missa Conventualis in Ecclesiis Collegiatis aut Conventualibus; vel Missa ocurrentis Festi de praecepto in minoribus Ecclesiis.

6

De Missa pro Sponsis

In celebratione Nuptiarum, extra diem Dominicum, vel alium diem Festum de praecepto, seu in quo occurrat Duplex primae vel secundae classis, dicenda est Missa pro Sponso et Sponsa, in fine Missalis post alias Missas Votivas specialiter assignata. In diebus vero Dominicis aliisque diebus Festis de praecepto, necnon diebus Duplicia excludentibus dicenda est Missa de die cum commemoratione Missae pro Sponso et Sponsa, et quidem etiam in Festis primae classis, sub altera conclusione, ac primo loco post ceteras commemorationes de praecepto, si quae faciendae.

Missa pro Sponsis, et in ea benedictio nuptialis, fieri potest etiam in casu, quo Sponsi infra hanc Missam Sacram Communionem non percipiant.

Eadem Missa, cum sit Votiva privata, semper celebranda est etiam si fiat in cantu, sine *Gloria in excelsis* et sine *Credo* et cum tribus orationibus 1.^a scilicet eiusdem Missae Votivae propria, 2.^a

et 3.^a diei occurrentis ut in Rubr. Tit. VII, Num. 3. *De Commemorationibus*; necnon in fine *Benedicamus Domino* et último Evangelio S. Joannis.

Temporibus vero prohibitis, Nuptiae quidem celebrari possunt de licentia Episcopi, at sine solemnitate, ideoque privatim; et omissis Missa et benedictione. Neque, iisdem temporibus, Commemoratio pro Sponsis fieri potest in Missa occurrente.

Verum ex Decreto Generali S. R. Universalis Inquisitionis dato die 31 Augusti 1881, benedictio nuptialis impertienda est extra tempus feriatum iis coniugibus, qui eam quacumque ex causa non obtinuerint, Missaque pro Sponso et Sponsa simul celebranda, diebus, praescriptis ut supra.

Benedictio enim Nuptiarum in Missali possita, si Sponsi eam petierint, (ipsa ceterum ad eam non adigendi, bene tamen adhortandi) ab ipsa Missa pro Sponso et Sponsa abstrahi numquam potest, sed infra eam omnino debet fieri.

Notandum est tamen, quod si mulier est vidua et alias benedicta fuerit, omittenda est tam benedictio Nuptiarum quam Missa propria pro Sponso et Sponsa.

Non obstantibus Decretis quibuscumque particularibus in contrarium facientibus, quae per hoc Generale Decretum uti revocata ac nullius roboris habenda esse Sacra Rituum Congregatio declarat.

Die 30 Junii 1896—n. 3922.

(B. E. de Toledo.)

NIÑO DE CORO.

Vacante una de las plazas de Niño de Coro y tiple de la Capilla de música en esta Santa Iglesia Catedral, se ruega á los Sres. curas párrocos se sirvan dar aviso al M. I. Sr. Dean si en sus parroquias hubiese algun niño menor de diez años á quien conviniere la plaza, reuniendo las condiciones de voz y buena salud.